USUARDUS. BENEDICTUS DE NURSIA. GRANUM PASSIONIS. VARIA
Melk, bald nach 1418 Seite 307
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41388
Copyright: Melk, Benediktinerstift



pit cantor dicere · mox omnes de sedilibus surgant
ob honorem et reuerenciam sancte trinitatis ·
Codices autem legantur in uigiliis tam ue
teris testamenti quam noui diuine auctorita
tis · Sed et exposiciones eorum · que anomina
tissimis et orthodoxis catholicis patribus
facte sunt · Post has uero tres lectiones
cum responsoriis suis · sequantur reliqui sex psalmi
cum alleluia canendi · Post hos lectio apostoli se
quatur ex corde recitanda · et versus · et
supplicacio letanie · i · kyrieleyson · Et sic
finiantur uigilie nocturne · Qualiter
Apascha estatis tempore agatur nocturna
autem usque ad kalendas nouembris · laus · 10 ·
omnis ut supradictum est psalmodie quanti
tas teneatur · Excepto quod lectiones in
codice propter breuitatem noctium minime
legantur · Sed pro ipsis tribus lectionibus
vna de ueteri testamento memoriter dicatur ·
quam breue responsorium subsequatur ·
Et reliqua omnia ut dictum est impleantur · Id
est ut numquam minus aduodecim psalmorum
quantitate ad uigilias nocturnas dicantur ·
Excepto tercio et nonagesimo quarto psalmo ·
Dominico Qualiter dominicis die
die temporis bus uigilie agantur · ij ·
surgatur ad uigilias · In quibus uigi
liis teneatur mensura · i · modulatis ut